



**B**rennus magnæ authoritatis uir Germanos re-  
 dixit anno mundi bis millesimo septingentesimo  
 decimo, atq; post diluuium 1053. eo nimirum tem-  
 pore cum Laomedon quintus rex Troianis præses-  
 set, atq; Græcorum Hercules clarus haberi incipe-  
 ret. Erat is Berno magna fortitudine præditus, atq;  
 suis gratissimus. itaq; moriẽs magnum desiderium  
 militib. de sese reliquit: ita ut postea clarissimi Ger-  
 manorum & Gallorum duces ab eo Brẽnones de-  
 nominati fuerint. Manetho Stumpff libro secũdo  
 Germaniæ.